

## DE SVĒCINO

concludit, cum inquit: Aestyi populi ad dextrum Sueuici maris littus, mare scrutantur: ac soli omnium Succinum, quod ipsi Glesum vocant, inter vada atq; in ipso littore legunt. Nec quæ natura, quæue ratio gignat, ut Barbaris, quæsitum compertumue. Diu quinetiā inter cætera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria nostra dedit nomen. Ipsi in nullo vsu, rū de legitur. informe perfertur, preciumq; mirantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas, quia terrena quædam, atq; etiam volucria animalia, plerunq; interlucent: quæ implicata humore, mox durescente materia, cluduntur. Fœcundiora igitur nemora lucosq;, sicut Orientis secretis, vbi thura, balsamaq; sudantur: ita Occidentis insulis terrisq; inesse credidicrim: q; vicini solis radijs expressæ atq; liquentia, in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in aduersa littora exundant. Si naturam succini admo-